



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Matrimonium Infidelium, an sit Sacramentum? Caput Quartum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

CAPUT IV.

Matrimonium Infidelium, an sit Sacramentum? Remissivè.

Um hoc ad praxim non pertineat, habeat id Lector à Doctoribus citatis, ac citandis Sanchez, Pontio, Aversa, Gasp. Hurtado, aliisque.

CAPUT V.

De Indissolubilitate Matrimonii.

1. **V**T ea omnia, quæ ad indissolubilitatem spectant, cognoscantur, agam Primò, de indissolubilitate Matrimonii Infidelium sive ante, sive post susceptionem Baptismi. Secundò, de eadem, quæ inest, in Matrimonio rato Fidelium, Tertio, de eadem, quæ in consummato eorundem.

§. I.

indifferenter; ergo certum est, Matrimonium ex natura sua esse indissolubile. Antecedens conceditur ab omnibus Catholicis, & ferè etiam ab omnibus Ethnicis, & probatur communiter ex causa finali Matrimonii, quæ est suscipere, & educare, benèque instruere prolem: ad quod omnino requiritur, ut certum iniatur matrimonium. Consequentia vero probatur, nam, si matrimonium esset ex natura sua, sicuti ceteri contractus, dissolubile ex mutuo consensu contrahentium, possent relinqui viri, & uxores, & alii duci in matrimonium: ergo admitteretur ipsissima communicatio uxorum, & virorum, quæ negatur ab omnibus. Vide, quæ dicam mox §. 2. num. 6. Qua ratione autem concesserit Deus Judæis libellum repudii, quo relinquere suam uxorem, & aliam ducere poterant, vide apud Hurtad. & aliosque.

§. II.

An sit indissolubile Matrimonium Infidelium, quando utriusque conjuges per Baptismum convertuntur ad fidem.

d. Hurt. l. 1.
c. diff. 15.
alios citans.

1. **H**Oc, etiam consummatum, posse auctoritate Pontificis dissolvi, eo modo, quo inferius dicemus, iusta intercedente causa, dissolvi posse Ratum Christianorum, putant Navarrus, & Sanchez eum citans. Nec e Sanch. l. 2. matr. d. 17. m. 2. ninch, & Pontio, quos sequitur, citatque Castropal. f. quibus adde Valqu. quem citat, & f. Castrop. d. 3. de excipit Aversa. g.

2. Ne autem turpiter labaris, bene distingue. Vel enim matrimonium infidelium consummatum, sive solum Ratum ante Baptismum, etiam est consummatum post illum, vel consummatum ante Baptismum; tamen post Baptismum consummatum non est. Si illud prius, omnes conveniant, nulla auctoritate dissolvi posse, ut potè jam matrimonium Christianorum consummatum representans indissolubilitatem Christi cum Ecclesia, & Verbi Divini cum Humana Natura, æquè, ac representant cætera Fidelium consummata matrimonia. Si vero posterius, tunc erit in opinione positum, an dissolvi aliqua tandem ex causa possit.

3. Et quidem (ut dicebam) Sanc. cū Navarro affirmat. Ratio est, quia tunc illud matrimonium

a. Supr. Tr. An Matrimonium Infidelium ante conversionem initum sit indissolubile?

1. **M**atrimonium Infidelium, sive sit consummatum, sive sit ratum dumtaxat, id est nondum consummatum (sic loquamur claritatis gratia, nam ceterum Matrimonium Ratum propriè est Matrimonium contractum per verba de præsentibus inter Fideles, quod nondum sit consummatum, ut supra diximus) Matrimonium, inquam, dictum Infidelium est ex natura sua indissolubile. Ita Pontius & aliique contra Sanc. & aliosque.

2. Ratio à posteriori ducitur ex illis verbis Genesis 2. Quamobrem relinquet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit uxori suæ (ecce Matrimonium ratum) & erunt duo in carne una (ecce consummatum.) Cum enim Deus dicat (relinquat, adhærebit, erunt) notat ejusmodi esse naturam Matrimonii, non vero ipsum Deum, sic positivè velle constituitur.

3. Ratio vero à priori præcipua est (nam alias vide apud Hurtadum, & citatos) quia certum est, illicitum esse concubitum vagum, & communicationem uxorum, & virorum